ENGELBERTUS ADMONTENSIS

1. Hälfte 14. Jh. Seite 39v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26502
Copyright: Admont, Benediktinerstift

est fides vera. Unde ex fide nam caritate infor-
mata non possunt fieri bona meritoria salutis
eterne. Quod v. quod obiciebatur ex auctoritate Damas-
ceni supra posita quod mors hominum est sicut ca-
sus angelorum etc. et quod propter hoc homo ante mortem
semper reparabilis fit a pena eterne dampnacionis
etc. Respondeo quod hoc utique verum est quod homo semper est repa-
rabilis ante mortem. Sed cum sola condicione veniendi
ad fidem et baptismum vel ad id quod ante legem vel
sub lege quod ad hoc supplebat vicem baptismi
sicut fides parentum et circumcisio israelitarum.

Qualiter Adam primam culpam et penam delere non potuit
per penitentiam absque satisfactione Christi.

.xxvii. Addiciones quibus lectore questionis que querebatur
De dato quod Adam ex primo peccato meruerit
sibi et suis posteris penam eterne dampna-
cionis ita ut homo ex hoc indigeret absolucione vel
remissione illius pene. Utrum Adam per solam graciam
dei absque satisfactione vel per penitentiam et satisfactionem
propriam absque morte Christi potuit obtinere abso-
lucionem et remissionem illius culpe et pene. Respondeo
et primo ad primum quod dicebatur quod sola gracia per se
principaliter est deletiva culpe et remissiva pene et
quod deus talem graciam potuit facere ad delendum ori-
ginalem culpam et remittendam penam etc. Dico quod
cum secundum Augustinum libro xiii de Trinitate: Deo possibiles
fuerunt et alii modi humane liberacionis quam per filii
incarnacionem et passionem. Propter hoc non improbabiliter
potest dici quod de potentia absoluta deus potuit talem
graciam delecionis culpe et remissionis pene